UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Commvnio Sanctorvm. In Eccesia [!] Catholica

Fide & praxi frequentata. Catholicis ad devotionem. Acatholicis ad informationem. Proposita Ex PP. Soc. Jesu

Coloniæ, 1654

S. Ioseph Sponsus B. M. V. Nutritius Domini. 19. Mart.

urn:nbn:de:hbz:466:1-44916

Visual Library

S. Ioſeph Caſtiſſimus B. M. V. Sponſus & Ieſu Chriſti D. N. pater nutritius ex familia Dauid per Salomonem &c. Reges, ut S. Matthæus recenſet, rectâ deſcendens, maximis poſt B. V. gratijs à Deo creditur fuiſſe ornatus quippe Myſterio Redemptionis humanæ adhibendus miniſter, tantò propinquius quanto vir in familia iuris obtinet amplius. Ille arcanorum omnium conſcius, & fideliſſimus cuſtos tam dolorum quam gaudiorum ſanctorum conſors, quanta putas devotione in nuntijs Angelorum, in præſentia tantæ Virginis, in aſpectu filij Dei, in miraculorum ſplendore exultarit? Denique vir Iuſtus inter Ieſu & Mariæ ſalatia indubie expirauit.

S. Ioſeph Sponſus B.M.V. Nutritius Domini. 19. Mart.

Humilitas.

Fidelis ſervus & prudens, quem conſtituit Dns ſuæ matris ſolatium. Bernardus.

Sanctiſſimæ Genetricis tuæ Sponſi, quæſumus Domine, meritis adiuuemur, ut quod poſſibilitas noſtra non obtinet, eius nobis interceſſione donetur Per Dominum N. Ieſum Chr. F.t,&c:

Ora pro Eccleſia, &

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN